

STYD.
MARE
ingeni
m

si z mala ten
exuta a cor^e sic
cor^e n^o sicutudo
q^o sicutudie cor^e
e locus z regio
cior oi cor^e z om
ta aia locali n^o
ubi z ali^o cor^o
ocū at excellen
pau aia exuta
ico atay dāpna
p uba aug^o sona
locus cor^e s^o solu
z loco/ ai s^o aia
loqm n^o sic cor^e
cor^o q^o retedū
emanēt ap nos
uo parit aia se
dicit q^o ali^o cor^o
co. xii lib^o dūz a
de hoc cor^e exiunt
n^o pūco spūalemē
z subdit q^o ad
s^o loca penalia sicut
uoz nobis uidere
fūz. z dāpna cor^e
sic se hūz n^o pūca
z sicut cor^e n^o ex
aia cor^e uoz q^o z
dūz nū qui sic loc^o
n^o aug^o. in eos h^o
z sepe demūta a
aia z iacuat aia
cui z infūales pe
ipit gērent aia
ferri z calia sicut
d^o aia z cor^e pūca
cor^e lūz mībroz q^o p^o
e amblare ut sede
volatu sicut q^o sine
sicut z subdit q^o pūca
os gēnt aia n^o m
d^o esse n^o cor^e z
aia z loco ut sicut

pūca z uolūtem/ nūc em dubiu z q^o lapu
n^o z mala sicut ali^o lapidis ut m^o de aia sicut
sicut pūca z agūcom pot^o ap se aia hūc sicut
cor^e sicut eia mīto magis pūca ad pūca sicut
p^o h^o hūc pūca z pūca aia pūca
z mala que sic z aia cor^e z cor^e rebz
ut q^o se cor^e mīto sicut ut p^o dallo dūz
qui pūca sicut dūz dūz q^o p^o aia
sicut lazari mīto extremū dūz sicut
aia z refrigerare sicut aia q^o aia
z illa aia/ sicut aia dūz illa pūca
tūm sicut mīto sicut aia n^o sicut
sicut loqm ac si hūc sicut que z res cor^e
z pūca sicut pūca aia q^o eia res cor^e
z q^o sicut aia dūz uoz sicut hūc sicut
dūz pūca q^o aia aia alleba z aia ad
res cor^e ut sicut sicut hūc sicut organa z ha
be sicut sicut aia dūz dūz hūc sicut
h^o z n^o pūca q^o illa z cor^e pūca n^o sicut
z hūc em illa aia ap se sicut cor^e tale
ad q^o aia ira loqm ac si hūc cor^e sicut
sicut sicut dūz illa n^o pūca z cor^e sicut
pūca vōe ut uoz aia illa nūc aia
n^o aia cor^e sicut aia illa aia sicut
mīto ut loca mīto mīto uoz q^o mīto
mīto locū n^o sicut cor^e sicut ali^o cor^o q^o aia
ibz exiunt n^o uerac^o pūca sicut aia
pūca/ hūc eia sicut sicut aia q^o z sicut
n^o ubi n^o sicut sicut cor^e uoz sicut
ut aia uerac^o pūca z uera gaudia sicut
z q^o mīto quis sicut dūz se aia nūc
lūte eo q^o erat mīto/ z mīto quis aia
no uigilant tūc rursū obdormire ne dūz
mīto sicut mīto existat/ h^o z q^o aug^o aia
l^o. eodē d^o. q^o quāz sicut cor^e sicut aia cor^e
quibz aia exute aia aia sicut sicut
iua lena z uia molesta/ sicut p^o mīto mīto
quibz mīto mīto uerac^o mīto sicut sicut
z subdit q^o quidā mīto sicut quāz
uerac^o sicut se aia dūz/ z sicut
quidā mīto sicut sicut aia aia
sicut exagita aia uerac^o aia
dormire tūc ne aia mala uerac^o
sicut/ sicut q^o mīto uerac^o quis sicut

9.
2.

00 P. 27



U. g. 79, 2


mir soloz p. 2. impio dare q. infim n. a.

U. g. 79, 2



pen.
lito-
ratio
ula-
am-
m.

77



D. O. M. A.

DE

**OBSCURIO-
RUM QUARUN-
DAM LEGUM SENTEN-
TIA**

Disquisitio, quam

Approbante Amplissimo Jctorum ordine

PRÆSIDE

JOANNE SUEVIO J. U. D.

*Et Professore publico in inclyta
Salanâ*

Discutiendam publicè proponit

**ARNOLDUS Engelbrecht WER-
NIGERODENS.**

Fiet disputatio ad diem ultimum Janu.

Anno 1607.

J E N Æ

EX OFFICINA LIPPOLDIANA.





Magnifico, Amplissimo, Consultis-
simo Viro,

DN. CHILIANO STIES-
SERO U. J. D. ARCHIEPISCOPATUS
MAGDEBURGENSIS CANCELLARIO ME-
RITISSIMO

Domino & fautori æternùm colendo

disceptatiunculam hanc

Debitæ observantiæ tesseram
grati animi Symbolum
dat

Arnoldus Engelbrecht

RESPOND.



THESIS I.



Uo Ulpian. in l. 1. de Jud. ad Ad l. si cō-
venerit. 18.
de jurisd.
jurisdictionis prorogationem require-
bat, consensum litigantium, & illius ju-
isdictionem, cui se subjicerent. Un-
de quærebat African. an alteruter liti-
gantium, mutare voluntatem possit? Nemo, inquit,
compelletur ejusmodi conventioni stare, sive ea pacto
sive stipulatione fuerit facta, ut arbitror. Cui refraga-
ri existimatur l. pen. C. de pact. Utiq; priusquam adi-
retur, inquit Africanus. Aditio designat hîc litis conte-
stationem uti Dd. rectè statuunt, quanquam aliud Vul-
tejo in tit. C. de jurisdic. videtur.

II. Materia pactorum jamdudum sui difficultate no- Ad l. 7. de
pact.
bilitata est, ut Paul. de Castro existimârit, Paulum ipsû
Jctum si è mortuis rediret, satis hîc negocij inventu-
rum, referente Matthæac. 1. de via jur. c. 6. Conven-
tio est nomen generis; continens sub se pacta & contra-
ctus. Pactum, pactum nudum, pactum conventum pro
ijsdem habeo, nulla vestita agnosco. At in contractu
aliquid est præter conventionem, unde eum definio,
quod sit conventio negocium sive causam habens. Cau-
sam noli intelligere cum Pacio, vim alicui actui à jure
tributam. Duo hinc deduco: Nominatos & innomi-
natos contractus non in eo differre, quod alteruter ha-
beat nomen vel causam, cum nullus contractus possit

esse sine causa, neq; quod hi propter sui utilitatem & frequentiam nomen repererint, ut vult Donell. quid enim frequentius, quam ut dem tibi ut des, &c. ? Sed in eo, quod qui contractus certam sui naturâ formam habent quæ uno nomine possit exprimi, sint nominati.

Adl. 6. de
pact.

III. Alterum est, legitima quoq; pacta esse pacta nuda, quod autem actionem pariant, illud habere à lege vel Senatus consulto. Legem generaliter accipio, ut etiam comprehendat edictum Prætoris, contra quam vult Ant. Fab. in rational. Ex constitutionibus habemus pactum dotis, licet Connanus & Donell. dissentiant, pactum item donationis. Pactum compromissorium ex l. 5. C. de recept. arb. non rectè huc refert Giphani. Multò minus concesserim stipulationem aut literarum obligationem pacta esse legitima, ut quidam existimant.

Adl. natu-
ralis. ff.
de præscr.
verb.

III. Nominatorum contractuum certus est numerus. Cæterum cum Icto Paulo quæstio de pacto mutæ manumissionis offerretur, totius ob rem dati tractatum diligenter excutit, sed eâ difficultate ut omnibus omninò Interpretibus res obscurissima meritò semper visa fuerit. Consistit autem in his quatuor speciebus, Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias.

Ad §. 1. d.
l. & l. fin.
ff. caus.
dat. caus.
non sec.

V. Igitur si rem dem, inquit Paulus, ut rem accipiam, emtio & venditio est. Imò dedi tibi pecuniam ut mihi stichum dares, utrum id contractus genus proportionem emtionis venditionis est, an nulla hîc alia obligatio quâ ob rem dati, re non secuta? in quod proclivior sum, inquit Celsus. Nimirum id egerant contrahentes ut stichus daretur, quod ab emtione alienum est. At si rem dem, ut rem accipiam, quia non placet rerum permutatio-

rationem emtionem esse, dubium non est nasci hinc civilem obligationem. Nihil ergo differt permutatio ab articulo do ut des, frustra renitente Antonio Fabro.

VI. Differentias emtionis venditionis & permutati-
onis examinantur à Paulo in l. 1. ff. de rerum perm. In ^{Ad l. 1. de}
emtionem aliud est merx aliud precium, precium semper ^{Rer. per-}
vendedoris fit, merx non semper emtoris, nudo consen- ^{mut.}
su perficitur, producit actionem emti venditi. In per-
mutatione non potest inveniri quod nam sit merx, pre-
ciumve, semper utrinque dominium transferatur oportet, producit actionem præscriptis verbis vel in id quod interest, vel ut id quod dedimus repetamus.

VII. Sed quid tum dicendum si tibi scyphos dede- ^{Ad §. 2.}
rim, ut mihi stichum dares? Stichus meo periculo erit, tu culpam duntaxat præstas. Contra statuit Celsus in d. l. fin. Durum est Paulum intelligere de emtionem. Hortensius existimat nudam ob rem dationem, in d. l. fin. versari, quæ nudam rationem naturalem ex traditione habeat. Imò erat utroque in loco negotium civile, ideoque contractus, non nominatus, Ergo innominatus. Dabitur igitur aut actio præscriptis verbis, aut condictio. Atque inde stichum quidem periisse, non autem pecuniam, Cujac. & Donellus arbitrantur. Quorum sententiam facilius est refutare, quam meliorem invenire. Cabotius confugit ad illud ut inter alienum & proprium, servum distinguat. De veriori sententia in disputatione videbo.

VIII. Quod in eadem l. sequitur, ne Jctos quidem, si reviviscerent, defendere posse scribit Castrensis. Cum do ut facias, distinguenda sunt facta, si tale sit quod locari soleat, pecunia data, locatio est, si res data, non erit

locatio, sed vel dabitur ad id quod interest civilis actio, vel ad repetendū condictio. Manifestū hinc est, locatiōne non admittere rem pro mercede, sed pecuniā solum.

Ad l. 7. §. IX. Dedi tibi stichum ut Pamphilum manumitteres. 2. de pact. Manumifisti, Eviēt^o est stich^o: qua actione mihi subveniatur quærunt? Julianus ultimas actionū dabat, in scientē de dolo, in ignarum in factum Prætoriam, reprehensus ideo à Mauritiano. Rectè. Conventio enim hæc non est nuda, sed negotium aliquod habet; Dabitur igitur actio præscriptis verbis. Porro Donellus hanc speciem ad contractum facio ut des refert, sed minus rectè.

Ad §. 3. X. Facio ut des, postquam feci cessas dare, quæ nam mihi actio dabitur? Valet hic ratio Mauriciani in d. l. 7. §. 2. de pact. Valet Ulpiani collectio in l. solent. ff. hîc. Non potest igitur ex ratione juris alia actio competere quam præscriptis verbis. Atqui videtur id negare Paulus, nullam civilem actionem hic esse & ideo de dolo dandam ait. Malè Cujacius hunc articulum cum nullo negotio civili comparari posse, ut proinde nulla quoq; civilis actio dari possit. Alia ratione distinguit Donellus, ut si actor agat in id quod interest à se servum non manumissum, cum hîc nulla possit dari condictio, detur actio de dolo; sin agatur ad impletionem contractus, actio præscriptis verbis. Sed utrunq; illud interesse actione præscriptis verbis repetere potest. l. h. n. §. pen. & ult. Igitur nec actioni de dolo locus erit. De locatione in hoc §. agi alius Vir clarissimus statuit, nescio an satis benè. De hoc mihi constat, in nostro articulo inter veteres JCtos non convenisse. Dabant enim quidam actionē de dolo, non quidem ea ratione qua Donellus arbitratur, sed si aliquis dolus argueretur, ut aper-

ut apertissimè probat l. solent. ff. h. t. idq; non sine ratio-
ne. Alij contrarium statuebant.

XI. Facio ut facias nihil difficultatis habet, aliquan- Ad §. 4. & 5.
do mandato, nonnunquam commodato similis est. Un-
de jam Paulus id infert, quod initio proposuerat, actio-
nem præscriptis verbis ad id quod interest me servum,
habere quem manumisi, competere, aut contractum
fuisse impletum. Rectè etiam illud infertur, ex solis hisce
contractibus innominatis eandem actionem oriri, non
ex sequestro, non ex pactis bonæ fidei judiciis adjectis.
In precario res absq; distinctione expediri non potest.

XII. Redeamus ad Ulpian. in d. l. 7. Si nulla igitur Ad l. 7. §.
causa præter conventionem subsit, manifestum est nul- 4. & 5. de
lam oriri obligationem. Neq; tamen naturalem exclu- pact.
dit, contra quã Baroni & Connano placuit. Inde enim
dat exceptionem Ulpianus. Quinimo formare actio-
nem interdum! pacta ut quæ bonæ fidei judiciis in con-
tinenti adjiciuntur. Diversum igitur statuit in strictis.

XIII. Quemadmodum non licet aliud pro alio invi- Ad l. Vi-
to creditori solvere, ita nec aliud pro alio petere. Illud n. num. de
debetur quod est in obligatione, quod si tamen res dari reb. cred.
non possit succedit æstimatio, quæ qua ratione ineunda l. pen. &
sit, intricata res est. Hoc primum apud plerosq; sine du- ult. de
bio: Quo ad ineundam æstimationem non esse inspici- cond. trit.
endū tempus obligationis, adeoq; si sub cōditione cele- & simil.
brat^o fuerit cōtractus, ne quidē tempus existentis cōdi-
tionis respici. Inter alia negotiū facit, l. quoties de V. O.
Faber expūgit verba sub conditione, eādēmq; ob causā
l. 22. de obl. & action. addit particulā Non. Utrūq; malè.

XIV. Ratio est, quo tempore unumquoq; solvi necessū
est, ex eo tēpore estimari debet. Unde præterea cōcludo,
si temp^o solutioni sit præfixum, æstimationē ad id quoq;
refe-

referendam, siue agas de debitore qui sua die non solvit, siue de creditore, qui sua die non accipit. Dist. quoad creditorem post veteres quosdam Pac. 3. *ἐναντιοφ.* 72.

Ad l. interdum, de V. O.

XV. Num etiam eo casu, ubi dies tacite inest, quod usu venit, quoties obligatio pura ex re ipsa dilationem capit, ita ut is quoque in aestimatione respiciatur? Affirmo cum Anton. Fabr. Quid enim interest, cum jus aestimandae rei debitae ex eo tempore quo convenit ideo metiamur, quia contrahentium haec fuit voluntas, dies sit expressa, an tacite ex voluntate contrahentium intellecta?

XVI. Quod si tempus non sit praefixum, aestimatio ad id referenda quo petitur. An judicialiter solum? Id videtur requirere d. l. uinum, & defendunt post alios Donell. & Faber. Ego & extra iudicalem petitionem recipio.

Ad l. hominem ff. mandati.

XVII. Si tum non solvatur, jam in mora constituitur debitor. Hic vero maxima inter nostros est contentio. Mora, inquit Africanus, frustratori prodesse non debet. Simpliciter ergo ita sentire videntur Jct: Post commissam moram tam in strictis iudicijs quam bonae fidei rationem aestimationis habendam, quo tempore res majoris fuerit, siue species debeatur, siue quantitas, ne valoris decrescentis detrimentum sit alterius, quam per quem stetit, quod minus obligationi satisfaceret.

Ad l. centum Capuae, de eo quod cert. loc.

XVIII. Huic de mora adjiciamus adhuc unicum. Cum reus centum Capuae promississet, fideiussorem dedit. Reus committit moram, quaerit Africanus, utrum etiam cum fideiussore arbitraria agi possit, ad id quod ob locum adjectum interest? Negat. Mora enim rei principalis, inquit Jctus, non auget obligationem fideiussor-

jussoris. Neq; igitur debet id officio judicis, ut contra Cujacium disputat Donellus. Alia facti species in l. ult. de eo quod cert. loc. Aliud itidem statuitur in l. quæro. ff. locati. Fidejussor enim ibi acceptus in usuras quoq; verbis fidejussionis se obligaverat. Unde autem id manifestum est? Videlicet, qui se ad contractum bonæ fidei obstringit, sive omnem contractum sive omnem causam contractus, etiam in usuras ex mora se obligasse dicetur. Aliud in stricti juris judiciis.

XIX. Videamus nobilissimum ejusdem Africani responsum in l. frater à fratre, quod non tantum veteres, sed etiam recentiores doctissimos suspensos habuit. Jus ita habet, filium, quicquid acquirat, illud acquirere patri, & itaq; naturalem obligationem, ut ne quidem momento in persona filij subsistat. Vicissim confusione tollitur omnis obligatio, non civilis tantum, de qua vix dubitatur, sed naturalis quoq;. Si igitur debitor succedat creditori, pro qua parte heres fit, obligatio tollitur, pro parte coheredis remanet, nisi aliâ ratione sit sublata, id est, nisi succedat quoq; simul in sui debitoris peculio, tum enim onus quoq; peculi; ad eum redit, ad eò ut si ipse sit ex creditoribus peculiaribus, vel heres creditoris peculiaris, utiq; compēsasse intelligatur. Finge igitur: Duo fratres peculium habent: Primus à secundo ex peculio quinquaginta mutuatur. Patre mortuo, primus solvit, quæritur ab Africano, num repetere solutum possit? Respondet ex præsuppositis, pro ea parte, quâ ipse heres fit, id est viginti quinque repetiturum. Quare? quia ipse successerat patri creditori, atq; ideo confusâ obligatione nihil debebat. Sed quid de altera sortis parte, de reliquis viginti quinque? Ex hoc sa-

Ad l. fra-
ter à fra-
tre. ff. de
cond. in-
debit.

B

nè ca-

nè capite, non potest repetere, cum alterius coheredis pars non sit extincta. Igitur remanebunt viginti quinque apud fratrem. Nisi, inquit Africanus, tantum ex peculio primi ad secundum pervenerit, quod & reliquis, 25. sufficiat. Quare? quia eo ipso quo alter frater in peculio successit, successit quoque in onere peculij, si videlicet, in peculij illa parte viginti quinque insint. Hanc puto germanam Africani sententiam, contra quam Robertus, & aliter Hottomannus disputant, hic bonis argumentis, ut ob id scuticam Cujacij non vereatur; quin & hodie acrem defensorē invenit Hortensium Gallum.

Ad l. quod
Nerva. 32.
de pos. & l.
contractus.
de R. I.

XX. In omnibus omnino contractibus, quod agitur, pro cauto habendum esse monet l. 3. de reb. cred. quod si id non appareat, quam legem contractui dixerint hi qui conveniunt, aut si nec illud factum, tum ad naturam contractus deveniendum, ex qua quid præstari oporteat, tum alibi; tum præcipuè in l. 23. de R. J. explicat Ulpianus. Natura omnium contractuum desiderat, ut dolus præstetur, quorundam ut culpa, interdum & casus fortuitus.

XXI. Casus fortuitus in mutuo solum: In reliquis nunquam, nisi injusta mora intercesserit in restituendo, vel culpa casum præcessisset. Si convenerit de casu præstando, an sufficiet generatim eos pacto inclusos? quod veriùs. Incendium culpa inhabitantium plerumque fieri consuevit, atque ideo, qui id negat, culpam abfuisse probare debet. Plerumque: quia & inter casus refertur fortuitos aliquando, ubi debitorem liberat.

XXII. Culpæ nomē, quo ad hoc, generale est, consistens tam in faciendo, quam negligendo, eandemque post Cajum in l. focius. ff. pro socio. Justiu. in §. pen. Inst. quib. mod. re. contr. obl. desidiam vocat, quam quis in re ali-

ena

ena committit. Desidia autē opponitur diligentia. Igitur quot gradus erunt diligentia in jure, tot quoque erunt culpa. Tres gradus inveniuntur tum alibi, tum in l. 47. §. culpa. de leg. 1. Lata culpa, uti dolus, in omnibus contractibus praestatur. In delictis eadem habetur pro dolo, exceptionem tamen in capitalibus proprie dictis agnosco: non excipio delicta in quibus infamia irrogatur.

XXIII. In deposito & precario nihil praeterea praestatur. Perperam ex l. quod Nerva, negatio tollitur. Levis praeterea culpa praestatur, in emtione, locatione, pignore, dotis datione, societate. Rationem juris habes in l. 5. §. 2. ff. commod. Levissimam culpam praestat commodatarius, mandatarius, tutor, negociorum gestor.

XXIV. Pone. Kalendis Octobribus matrimonium contractum. fundus eodem tempore in dotem datus. Kalendis Novembribus, a marito locatus: Ultimo die Januar. divortium secutum, quaerebatur a Papiniano, quomodo inter virum & uxorem fructus pro rata dividendi? Finge jam, Vindemiā fuisse. 12. mercedem locationis. 12. Igitur cum totius anni fructus proportionem Geometricam, qua conjugium stetit sint dividendi, patet, Et vindemiae fructus, & mercedis. 10. partes (ultimus n. mensis non est computandus) confundi debere, ut inde marito tertia portio (tanto n. tempore steterat matrimonium) detur, i. e. septem cum duab. vincijs. Unde autem accipit illa maritus? Confundi debebunt, inquit Papinianus, fructus vindemiae, cum quarta portione, utpote quam jam perceperat, ut ex hisce suam portionem deducat, quod superest restituat, non quod sola quarta portio cum vindemia sit confundenda, ut putat Dd. Quae sententia est illius intricati responsi, defensa a Pacio ad eam l. & Henrico Suerin, in repet. praefect. Quomodo eadem

Ad l. 7. §.
Papinianus. i. ff.
sol. matr.

fructuum. divisio ad alia extendenda docet Tiraq. de retr. conv. §. 5. gl. 4. n. 6. Noli sequi hanc divisionem, in feudo aperto inter heredes demortui, & ad quem devolvitur, sed recurre ad c. 1. §. his consequenter. hic finitur lex. de usib. feud.

Ad l. jam
hoc jure
4. de vulg.
& pup. subst.
ft.

XXV. Unum atq; alterum ex subtili substitutionum materia delibabo. Illud apud plerosq; in confesso est, vulgarem expressam, continere tacitam pupillarem: Inter nobilissimos JCtos Scævola & Brutum controvertebatur, utrum pupillaris expressa, contineret tacitam vulgarem. Negabat Scævola, magnis argumentis, quorum partem adducit Vigl. quoq; Inst. de pup. subst. & sequitur. Verum contrarium in l. hac nostra ex sententia Bruti decisum est. Unde idem quoq; statuo, si pupillari substitutione facta, mortuus fuerit pupillus vivo testatore: Tum enim ex tacita vulgari testamentū confirmabitur, & substitutus admittetur.

Ad l. precibus. C. de impub. & al.

XXVI. Hæc quidem ita, inquiunt nostri, nisi mater sit in medio. Imò & in expressa pupillari & tacitâ eandem excludi in jure video. Quod admittatur in l. fin. C. de inst. & subst. fit, quia & ipsa instituta erat ex parte hereditatis, dataq; coheres posthumo. In l. precibus ideò, quia substitutio à patre milite facta proponebatur, ut benè hæc explicat Donellus. Quod sequitur in eadem l. substitutione in secundum casum à milite factâ, vel expressè vel compendiosè, substitutum militis testatoris non etiam primi instituti heredis bona consequi, id, inquam obscurius est. Singularia sunt in milite: at quo jure consequitur? Ex privilegio militum. inquit Pap. in l. 15, de vulg. & pup. subst. Non igitur ex fideicommissò, quod ipsum Impp. in nostrâ hac l. significant.

27. Di-

XXVII. Dignum est ejusdem subtilissimi Papin. re-
sponsum in l. cum avus. de cond. & demonstr. disquisi-
tione. Instituerat testator filium cum nepote, hunc
rogarat, ut post mortem patruo restitueret hereditatē.
Nati eidem erant liberi, quærebatur quid dicendum?
Ex conjectura pietatis conditio fideicommissi defecit,
sed quænam illa? Optimè explicat Justin. in l. 6. C. de
inst. & subst. & ad filios naturales quoq; extendit. Con-
firmat denuò in l. acutissimi. C. de fideif. Minus affa-
brè in Imperatorem Ant. Fab. decad. 20. err. 10. quasi
Papinianum non intellexerit. Nihil obstat ex eadem
ratione defendere l. si unquam. C. de revoc. donat. ad ex-
traneum quoq; pertinere. Sed non placet, quod eodem
argumento Forcat. in necyom. 50. probādæ illi opinio-
ni utitur, liberos in conditione positos, esse etiam in dis-
positione, quo eodem ferè delabitur Hottom. illustr. q.
13. Contrarium verissimum est, idemq; defendunt, Dd.
communiter, qui tamen ut suas limitationes adhibent,
ita, vel hanc primariam agnoscunt, nisi ex conjecturis
pateat, testatorem prospicere voluisse familiæ, uti sanè
ratione familiæ fideicommissa plerunq; inducuntur, ut
probant ex l. Titia Sejo 87. §. 2. de leg. 2. sed hæc res
integram disputationem requirit.

XXVIII. Attexamus quædam de jure accrescendi.
Quod ad verbis conjunctos, defendam exercitij gratia,
inter eos non esse jus accrescendi. Atqui præfertur con-
juncto re. Difficile hoc, fateor: Verùm præfertur non
quia verbis conjunctus, sed quia ob concursum tertij,
qui re conjunctus est, ex post facto re & verbis conjun-
ctus invenitur, quemadmodum hunc nodum felix Go-
veani ingenium expedivit. Ita nimirum & illud fit, ut

B 3

qui ab

Ad l. cum
avus 102.
de condit.
& dem.

Ad l. 89.
de leg. 3.

qui ab initio erant omnino & re & verbis disjuncti, reperiuntur ex post facto re conjuncti, per concursum illius qui re conjunctus erat, quæ species est. l. Mævio 41. de leg. 1. si rationem veram decidendi inspiciamus, quamquam ibi se mirè torquet Accursius. Inter re & verbis conjunctos jus accrescendi locū habet: Idem in re conjunctis, nisi forte malueris vocare jus non decrescendi.

Ad l. Papi-
nianus. 43.
ad SC.
Trebell. **XXIX.** Pone: Heres institutus ex semisse rogatus est hereditatem restituere, factâ jam restitutione, portio coheredis accrevit, quæritur cui adquiratur? Rectè Cujac. 12. obs. 12. jus accrescendi non transire in fideicommissarium, quamvis sit successor juris. Affirmant reliqui.

Ad c. episc.
vel abb. §.
quin etiâ. **XXX.** Agmen claudant duo hæc ex jure feudali: Æquam videri quidem illam quam post Pistor. defendunt Vultejus & Heigius opinionem, fœminam semel exclusam, non videri perpetuò exclusam, sed vix con-

Ad c. un.
quæ sit re-
gal, sentaneam d. cap. Itaq; videbo de communi. Post: Veltigalib⁹ in feudū datis, ipsas quoq; pœnas, in quas incidunt qui merces nō profitentur, concessas non intelligi.

Practica parerga.

1.

Quæritur, Utrum creditor anterior habens hypothecam in omnibus debitoris bonis, possit pecuniam exolutam posteriori creditori habenti itidem sed posteriorem hypothecam, repetere? Affirmo. Multò potius eo casu, ubi posterior creditor pecuniam litigiosam depositam præstita cautione accepit. Non enim pecuniam tantum antiquiori hypothecario restituere verum etiam cum usuris intermedij temporis cogitur. Strach. de decoctor. p. ult. n. 35.

2. De

2.

De eo dubitatum: Cum vigore juris Saxonici bonorum immobilium oppignorationes non aliter valeant nisi solenniter factae, utrum creditor cui eo modo pignus constitutum est, id absq; nova judiciali insinuatione alteri rursus pignori dare vel cedere possit? Affirmo.

3.

Remedium l. diffamari in omnibus causis civilibus & criminalibus ubicunq; justa causa vel etiam suspicio calumniae subest dari, indubitata est practitorum opinio. An igitur vasallo quoq; dabitur contra dominum de feloniam diffamantem? Affirm. per not. Schrader. de feud. p. 2. non. part. princ. sect. 14. n. 61.

4.

Tertium vel ad assistendum vel submovendum (ut loquuntur Dd.) in quacunq; litis parte intervenire posse constat, ita tamen ut de interesse suo probet. Quae specialia idem habeat explicat Geil. 1. obs. 72. ubi n. 4. habet, quod executionem trium conformium sententiarum impedire possit, hoc quomodo verum sit videbo. Adde Gabriel, Rom. 2. sent. 2. de exec. rei jud. Concl. 1. n. 9. Utrum autem publicatis jam attestationibus interveniens, alios de novo testes producere poterit? Affirm. Mindan. de cont. caus. c. 8. & 9.

5.

Continentia causarum efficit, uti unius appellatio etiam pro fit consorti quamvis non appellanti. Egregie Hatm. Pis. 1. q. 47. De eo dubitatum: Minores restitutionem in integrum petebant, agebant simul majores, utrum & hi ejusdem restitutionis beneficio frui possent? Utiq; si individua causa, si una eademq; defensionis ratio.

6.

Hodierna jurisdictionalia ex jure Romano deduci vix poterunt: diversa Respub. diversa gubernatio. Imperator omnis jurisdict. fons. Praclare Vasq. contr. usu. freq. lib. 1. c. 1. Concessit primo ad tempus dignitates cum territorio, post perpetuas feudi lege,
ita ut

ita ut quemadmodum ipse omnem superioritatem ubiq³ habe-
ret, ita & Principes in suis territorijs. Unde Principibus jura
superioritatis die hohe Landtsfürstliche Obrigkeit orta cum
omni indigenarum subjectione. Consequenter quacung³ intra
fines territorij, ut censentur de corpore territorij, ita Principi
tribuunt omnem superioritatem, hodieq³ verissimum est, quod
limites jurisdictionis aestimentur secundum limites territorij &
contra. Knich. de subl. terr. c. 3, n. 91. Itaq³ qui se subditum
negat, exemptionem probare necessum habet. Nunquam is pro-
babit, qui juramentum subjectionis prestare, provincialibus co-
mitijs interesse, & ad alios actus tenetur, de quibus Knich. d.
c. 3. Quod si vel pactionibus, vel venditionibus, vel privile-
gijs quadam jura possidet, quoad hac exemptio locum habebit:
In non concessis jura superioritatis ad dominum territorij per-
tinent.

7.

Unde tandem concludo, si inter Principes de districtu quo-
dam oriatur lis, eum fundatam habere intentionem, qui
docuerit locum controversum ad territorium pertinere.

Thilm. in aposp. prodr. synt. 2. decad. 4.

vot. 3.

F I N I S



53379

ULB Halle
004 835 093

3



7101

3 q ara dāpnae na nūmūm apūmāre
in sup Genesin



... noblem liqui n sentit n co
... Alis pcpit n imucatoz in
... dolo a uera pena z ex h m
... mutacoel sic g' uc aia quicta coz ve
... dolz ex eo q' p' sensu applicat adigne cu
... Alis an q' h' z pur sentit n imucetur
... coz h' n' realiter h' i' n' h' z s' h' h' h' z
... aia sepata p' m' l' m' applicata adigne z
... z p' h' uere auant z dolz / adu' cen' m'
... q' ut dixim' licz m' l' l' cam aia sepate
... d' ap' n' a' z q' s' p' e' m' a' l' i' g' n' i' n' h' f' u' g' a' t' u' r'
... uic' e' s' u' s' q' u' e' p' e' a' u' a' n' t' a' b' i' g' n' e' p'
... imucacoem v' t' u' e' d' i' n' a' s' e' a' m' i' n' t' e'
... n' n' i' e' x' h' f' i' c' q' i' c' e' l' l' e' t' s' i' c' s' u' s' / z q' n' r' e' c' i'
... p' i' a' t' a' l' i' i' n' t' e' l' l' e' h' i' s' i' l' l' e' s' q' s' u' s' / s' u' f' f' i' c' i' t'
... e' i' q' u' i' b' r' e' c' i' p' i' a' t' q' u' i' l' l' e' a' u' a' n' t' a' i' a' a' b'
... i' g' n' e' p' i' m' u' c' o' m' s' e' a' m' i' n' t' e' n' o' z' q' s' p' e'
... m' a' l' i' g' n' i' s' e' s' i' c' a' l' i' c' t' u' s' i' g' n' i' c' o' r' l' i' i' n' f' i' n'
... a' d' h' q' p' a' c' i' a' t' u' r' h' i' p' e' n' a' s' / n' e' z' n' e' a' n' q' d'
... q' p' o' r' t' e' t' i' g' n' e' i' n' f' i' n' s' e' c' u' l' q' z' p' o' t' u' s' z' d' e'
... u' t' a' l' e' m' i' m' u' c' a' c' o' z' i' n' t' e' l' e' m' z' a' l' e' z' p' e'
... n' a' m' h' o' r' t' e' c' a' r' e' i' n' s' p' i' t' u' m' a' l' i' g' n' o' s' i' n' i' g'
... n' e' q' c' a' r' e' c' u' i' g' n' e' / i' n' t' e' l' l' e' g' o' d' i' c' t' u' s' s' i' c' q'
... p' e' n' a' z' d' o' l' o' z' s' i' c' i' n' o' b' i' s' d' u' v' i' u' m' s' u' i' n'
... a' i' a' s' e' p' a' r' a' t' i' s' i' n' s' p' i' t' u' m' a' l' i' g' n' o' n' z' e' x' i' m' u'
... t' a' c' o' e' c' o' r' l' i' r' e' a' l' i' t' e' r' m' i' g' n' i' t' a' b' i' z' s' i' l' l' e' c' u' d' i'
... n' a' u' a' l' e' t' q' u' e' a' d' i' n' f' i' n' i' t' u' z' u' e' a' d' l' o' c' p' e' n' a'
... l' e' n' i' o' d' a' n' z' q' m' i' f' e' r' i' t' m' i' g' d' e' s' i' l' l' e' s' c' o' r' l' i' u'
... s' i' n' q' m' o' d' u' i' m' u' t' a' t' i' p' e' a' i' a' s' e' p' a' r' a' / q' u' a'
... d' i' c' a' t' q' c' o' r' l' e' s' e' c' o' n' d' i' m' q' m' o' d' u' s' i' n' t' e' r' r' a' n' i' n'
... p' e' u' t' q' i' n' f' r' i' g' i' d' e' t' u' t' c' a' l' e' s' t' a' t' / p' s' i' c' e' z'
... n' i' p' o' s' s' e' c' a' l' e' s' t' q' a' d' u' l' t' i' s' s' e' c' i' g' n' e' q' z'
... o' i' o' a' b' s' u' r' d' u' / e' n' o' d' i' l' i' g' a' r' n' o' s' a' c' p' l' e' n' a'
... m' e' l' l' i' a' m' d' e' o' z' a' u' g' t' i' u' t' p' o' s' s' u' a' d' a' p' t' a'
... u' e' u' b' a' s' u' a' a' d' m' i' n' i' p' o' s' i' t' u' q' a' i' o' e' y' n' i' s'
... i' m' p' u' o' d' u' p' l' i' c' e' p' a' s' s' i' o' n' e' h' e' u' t' d' u' p' l' i' d' o' l' z'
... p' q' z' i' b' i' i' n' c' a' r' c' e' r' a' t' / s' e' q' s' e' n' i' c' a' r' c' e' r' a' t' a'
... c' r' u' a' t' / s' e' n' c' o' r' z' m' i' l' o' c' o' p' o' s' i' t' u' r' a' t' i' o' n'
... s' i' c' s' p' e' z' m' i' l' o' c' o' p' u' n' c' i' a' t' a' p' p' o' n' i' t' / s' i' c' i' n' t' e'
... h' o' c' o' r' l' i' u' u' i' u' e' t' s' u' e' l' i' b' e' r' a' t' i' o' r' e' l' i' c' t' u' s' p' o' s'
... s' e' m' i' s' u' r' a' r' e' i' n' a' l' o' c' o' n' e' i' l' l' i' p' e' a' r' b' i' t'
... l' i' b' e' r' a' t' e' / s' i' p' o' n' e' t' i' n' c' a' r' c' e' h' a' c' l' i' b' e' r' a' t' e' m'
... p' d' i' c' u' t' n' i' m' i' l' i' t' e' o' l' o' c' o' p' o' s' s' i' t' s' e' p' r' i' s' i' u' a' e'
... s' i' c' s' p' e' s' u' e' n' e' d' e' r' e' l' i' c' t' u' s' p' e' a' p' p' l' i' c' a' r' e' u' r'

... igni nunciat r
q n posset ut
corpus dicent
iud uenisti ai
aie sapnate z
cata cogit un
ut adigne ier
suo pilli igne
imutacoem uis
cipiat mfu' p
le ignis sic qd
cozlis locus oia
nuat ut dicat
modus exidi n
nam si dr mfu
ter aie / aia h z
lic uadz poms
plicom / un aug
aiaz exuta aco
ai aliq' coz s' u'
fer' z penat' lo
i aia n dr ce q
aia n imute
calet ac s' aia
u' t' u' r' e' d' i' n' a' e' x'
c' r' u' a' t' z' a' f' f' i' c' i' o'
a' u' g' u' s' t' i' n' u' s' q' a'
a' d' l' o' c' a' c' o' r' l' i' a' s'
d' a' p' n' a' t' a' / n' a' s' i'
p' u' t' d' r' e' i' m' p' a'
a' l' i' q' z' c' o' r' l' i' a' z'
a' u' g' t' i' b' a' z' a' d' o' q'
c' o' r' l' i' s' h' z' n' d' r' e' t'
l' o' e' m' p' i' r' e' o' / s' i' q'
p' a' d' i' s' u' s' a' i' e' z' i'
o' p' t' i' z' s' i' b' i' / s' i' c' i'
m' i' s' e' r' i' c' o' d' o' c' o' r' l' i'
e' x' c' e' l' l' e' n' t' i' a' o' i' b' u' s'
Tolent
qm u
z p' h'
ferunt p' s' i' a' h'
iozem uelut de
d' a' p' n' a' t' o' z' d' i' c' e' n'





77

D. O. M. A.
DE
**OBSCURIO-
RUM QUARUN-
DAM LEGUM SENTEN-
TIA**
Disquisitio, quam
Approbante Amplissimo Jctorum ordine
PRÆSIDE
JO ANNE SUEVIO J. U. D.
*Et Professore publico in inclytza
Salanâ*
Discutiendam publicè proponit
**ARNOLDUS Engelbrecht WER-
NIGERODENS.**
Fiet disputatio ad diem ultimum Janu.
Anno 1607.
J E N Æ
EX OFFICINA LIPPOLDIANA.

